

Iuxta eiusdem ergo apostoli documentum probare se debet homo et sic de pane illo manducare et de calice bibere, ut videlicet abstinens aliquot diebus ab operibus carnis et purificans corpus animamque suam praeparet se ad percipiendum tantum sacramentum exemplo David, qui, nisi se confessus fuisset abstinuisse ab opere coniugali ab heri et nudius tertius, nequaquam panes propositionis a sacerdote accepisset. 5

[12] DE<sup>e</sup> ABBATISSA<sup>e</sup>.

ITEM. Talem se exhibere debet abbatissa in habitu<sup>f</sup>, in veste et in omni convictu, ut subditis ad celestia regna ducatum praebeat.

*Vorletzter Satz von Ansegis 2, 39, ed. SCHMITZ S. 561, 3f. Talem enim se debet exhibere subditis in habitu, in veste, in omni convictu, ut eis ad caelestia regna pergentibus ducatum praebeat.* 10

[13] DE<sup>g</sup> PUERIS NON TONDENDIS SINE CONSENSU PARENTUM<sup>g</sup>.

ITEM. Si quis puerum invitis parentibus totonderit || 78r 4375 || aut puellam velaverit, legem suam in triplo componat vel puero vel puelle, si iam sue potestatis sunt, aut illi, in cuius potestate fuerint. Illi vero potestatem habeant capitis sui, in tali habitu permanere, qualis eis complacuerit. 15

*Ansegis 4, 33, ed. SCHMITZ S. 642, 11–14.* 20

[14] DE<sup>h</sup> INCESTO ADULTERIO<sup>h</sup>.

ITEM<sup>i</sup>. Si quis homo habet uxorem et frater suus adulteraverit<sup>j</sup> cum ea, adulteri isti, dum vivunt, numquam habeant amplius coniugium. Ille vero, cuius uxor fuerit, si vult, potestatem habet uxorem accipere aliam, si absque eius conscientia factum fuit illud adulterium et si<sup>k</sup> ab<sup>l</sup> ea abstinuit, postquam rescivit. Nam cum illa reconciliari non potest. 25

*Ben. Lev. 1, 21 etwas verkürzt und mit Zusatz: MGH LL 2, 2 S. 47, 30–36. Si quis homo habens mulierem legitimam, si frater eius adulteraverit cum ea, ille frater vel illa femina, qui adulterium perpetraverunt, interim quod vivunt nunquam habeant amplius coniugium. Ille vero cuius uxor fuit, si vult, potestatem habet uxorem accipere aliam. – Es wird der Cod. Par. Lat. 4283 gewesen sein, den Du Cange in der Hand hatte, als er zu diesem Kapitel mitteilte: „... ubi illi, cujus uxor adulterium commisit, aliam uxorem accipere facultas conceditur, haec adduntur in Cod. Thuano: Si absque ejus conscientia factum fuerit illud adulterium, et si ab ea* 30

e) Rubrik am Rand 4375, fehlt 4283. f) korr. aus ambitu 4375. g–g) Rubrik

am Rand 4375, fehlt 4283. h–h) Rubrik am Rand 4375, fehlt 4283. i) fehlt 4283. j) adulteravit 4375. k) über der Zeile nachgetragen 4283. l) ab

auf Rasur 4375.